



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Juno. Quatuor elementa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

PERSEPHONE SIVE PROSERPINA.
SEMINUM VIRTUS ET GENERATIO.
CAP. XXXVI.

Seminum virtutem & gignendi vim, quæ potissimum in terra est, veteres muliebri forma germina quædam protendentem pinxerunt, hancq; imaginem bonam Deam vel Persephonem appellarunt: semen non ante geminare significantes, quam in terram projectum aliquandiu ibi latuerit.

Ideoq; à proserpando dicta quia semen per terram serpat, sitq; Cerevæ filia.

DIONYSIUS.
PROMISCUA GIGNENDI VIRTUS PLANTARUM
CAP. XXXVII.

Quoniam verò plantæ non solum ex semine, verum etiam quædam ex furculis plantatis nascuntur, hanc promiscuam gignendi vim, sub Dionysii imagine expresserunt, quem muliebri forma & cornua habentem pingebant.

Idoq; se pulmo ac integer rivis propter plantas è propagibus ortus.

JUNO.
QUATUOR ELEMENTA. CAP. XXXVIII.

Iuno catena de celo ab Jove suspensa, & lapides pedibus alligatos habens, ab Homero fingitur, ita ut unum pedem contrariorem habeat altero; quæ imago quatuor elementorum symbolum est. Juno enim ipsa aërem significat. catena ignem quo cætera colligantur atque nascuntur, lapis altiori pedi appensus, aquam, alter verò terram: quæ omnia Jupiter, quem cæli rectorem significare volunt, ita cælo alligavit, ut ex illo pendeant, ipsiisque, qui cælum movet, nutu gubernentur.



Elementorum hieroglyphica figura. Iliad. 9. Hinc Orph. in hymno Junonis. Aëriam cœlestis faciem Juno.

TEMPESTATIS MUTATIONEM.
ET ARCANA TEMPORE PATEFIERI.
CAP. XXXIX.

Eadem Juno nubibus undiq; septa, ita ut vix cerni possit tum mutationem tempestatum (cum Juno aëris symbolum sit) tum res alta vultus caligine mergas, aut alioqui obscuras absconditasque, quas tamen tempus patefaciet, tum temporis brevitatem significat.

Hinc En. i. 4. illa. His ego nigrantem, &c.

SPES FALLAX CAP. XL.

Eadem quoque Juno ex nubibus ficta, res de quibus agitur fictas, & falsas esse significat, spernq; fallacem: admonetque ut caveamus nobis ab illis foribus, vel ne falso, ut sæpe fit, amore capiamur, nosque sceminis deludendos præbeamus. Ajunt enim, Junonem ab Ixione adulterii sollicita, tam illi corpus ex nubibus sui imaginem præ se ferens obtulisse, eum quo ille jacuerit.

Plus, in Agide & Cleomene ambitioni tribuit.

EURO